

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Digiti mensura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A vero ipsam digitorum esse filiam. Nam Ἑgyptii mensuram ex dito posito ideo significabant, quod tota metiendi ratio à dito principium capiat. Mensura enim, ut apud Aristotelem, à minimis oriri debet, at qui digiti sunt omnium membrorum minimi. Neq; me praterit, no viissimos quodam mensuram principium, perinde ac etiam ponderum, à grano tritici defumpsisse: ut scilicet cohaerentia grana quatuor, digiti spatiū expleant, cujus ratione reliqua mox ad mensum veniant. Ceterum cum veteres ab humanis membris mensuram inchoarent, satis conflat ex eorum traditione, digitum omnium mensurari esse minimum. Ita apud M. Junium Nypsum legas, qui de limitibus agrorum luculentum reliquit opus, cuius de dito verba hac sunt. *Minima pars earum est digitus, quod & Juli Frō- cianus in hæreditate.* tini sententia consonat: si quid enim infra digitum metiamur, partib. respondemus, ut dimidiam aut tertiam partem digiti. Hinc illud apud omnes usurpatissimi, *Latum unguum, aut transversum digitum tamē refert non secundare, cum minimum quodque spatium intelligi volunt, & illud, Leonem ex unguibus estimare, ad dictum cum ex minimo quoque vel indicio vel arguento, vel causa, rei totius summam intelligim⁹. Id inde De defectu onculū fumptum, quod memoria proditum est, Phidiam ex viro Leonis ungue totam feri faciem magnitudi-*

B *nemque, magna artis sua commendatione representasse. Qua vero ratione certa digiti dimensio nationibus omnibus prescribi possit, adhuc incompertum est mihi. Nam apud autores digitus & quæ inde mensuræ defumuntur, proportionis potius regulam, modumve quendam, quam certum illum mensuræ terminum ostenderet, videntur. Quaq; Romæ atque alibi, vel in ætate, vel in antiquis marmo- ribus mensurarum exemplaria signata reperiuntur, nationibus omnibus non inserviunt. Ad hanc, ho- minum facies pro locorum & regionum situ, perinde ac aliorum etiam animalium corpora, tum ex- cūitate, tum proceritate, tum crassitudine diversa dissimilaque nasci manifestum est: id quod Basilius Magnus à veteribus traditum, à se vero diligenter observatum affererat. Tritici quoque, si mensu- ram inde quis malueret exordiri, & pondere & magnitudine, non provinciæ tantum, sed regiones singu- lares, & vel modico inter se distantes intervallo, ac plerumque etiam contigui agri variant. Perque ztates, & secula singula, corpora nostra imminui, Homerus, & ab eo Virgilius & Horatius una cum Philosophis tradidere: id quod & majorum nostrorum ossa passim eruta testatissimum relinquent. Rari enim, qualia nunc hominum producit corpora tellus, ut apud Poëtam est, vel Plinii testimonio, corporibus proceriores sunt, confumente ubertatem feminum exultione, in cuius vices nunc vergat ævum. Quare certa exactaque digiti dimensio, quæ pari sit apud omnes mensura, nusquam potest re- periri. Quoniam tamen veteres in eam convenienti sententia, ut digitus sit mensuræ principium, quæ inde mox distribuuntur, mensuræ nomina loco hoc recensere libet, argumentum quidem ab Egyptiorum sacerdotum inventis non alienum: siquidem in mensuris etiam hieroglyphica quæ- dam inveniuntur, quæ suo se loco prodent. Mensuræ autem his præcipue capitibus discernuntur, ut capiā præ- cipua.*

C *Ergo autem dato spaciolo, quod digito attribuatur, uncia sesquidigitum constat, ea vero octava *Uncia mē-* palmi portio: ita tamen ut palmū hic accipiāmus pro mensura ea, quæ *αριθμητὴ* Græcē dicitur. *sum.* Sedenim ex dimensione Nypsi, uncia supra digitum nihil plus occupat, quam tertiam alterius digiti partē, dum palmum ait quatuor constare digitis, easque esse uncias treis: & ita Frontinus, etiā tradit: quare uncia pars erit pedis duodecima, ut recte mensores ponunt. Quod si uncia sesquidigitum fieret,*

Kkk 3

pes

DIGITUS. CAP. XXX.

D E Sto igitur digitus, vel ex granis tritici quatuor cohaerentibus spatiū collectum, vel mensura *Digitū mē-* omnium minima, unde Rerum publicarum decreto reliquias astruere necesse fit. *Qua vero su-* sum. *Digitū mē-* per eo sint hieroglyphica, longa jam narratione supra differuimus.

UNCIA. CAP. XXXI.

C Erto autem dato spaciolo, quod digito attribuatur, uncia sesquidigitum constat, ea vero octava *Uncia mē-* palmi portio: ita tamen ut palmū hic accipiāmus pro mensura ea, quæ *αριθμητὴ* Græcē dicitur. *sum.* Sedenim ex dimensione Nypsi, uncia supra digitum nihil plus occupat, quam tertiam alterius digiti partē, dum palmum ait quatuor constare digitis, easque esse uncias treis: & ita Frontinus, etiā tradit: quare uncia pars erit pedis duodecima, ut recte mensores ponunt. Quod si uncia sesquidigitum fieret,